





Q.F.F.F.Q.S.
LYCEI LEVCOPETRENSIS
**EPHOROS PARITER
AC PATRONOS**

MERITIS VIRTUTE ET FAMA GRAVISSIMOS
**CETEROSQUE ITEM LITTERARVM
FAVTORES**

VII

ORATIONEM GERMANICAM

DIE VENERIS MANE POST HORAM NONAM
MORE SVO

HOC EST BENIGNE AC BENEVOLE
AVSCVLTE

VEHEMENTER ETIAM ATQVE ETIAM ROGAT
RECTOR

**IO. HEINRICVS MESSERSCHMID
MANSFELDENSIS.**

511





Admirandam sane orationem existimo, qua cunctarum gentium redemptor perfectiones, quas sibi tam prope imminere praesenserat, acerbissimas & horrendas deprecari submisit voluit: *Πατερ μου, inquit, ει δυνατος εστι, παρελθετω απ' εμου το ποτηριον τουτο, sicut Matthaeus testatur euangelista capite sexto et vicessimo, commate vndequadagesimo. Iam commonere nihil necesse est, poculum, quod adhibent latini, a potu, quem ad modum coenaculum a coenatu; et ποτηριον, quo graeci vtuntur, quasi*

του ποτηριου τουτου dici; et, quod graeco ex aequo respondet, ebraeorum כוס vi litterarum hieroglyphicarum כו cauitatem & copulatam, eamque כ cinctam significare, ac rotundum notare vasculum, siue instrumentum, quo potulentum quodcumque, seu iucundum illud sit, seu amarum, recipitur ac continetur, vt ne effluat: cuius generis fuit argenteus ille Iosephi, proregis aegyptii, scyphus, ex quo hic pius herus, prout ipsius seruis, ira incitatus, per vstatam in sacris apostropheis est eloquutus, non modo bibere per occasionem consuevit, sed postea, quam, clanculum & subdole ab alienatus, in Benjaminis sacco deprehendi coepit, expertus est ac pro certo cognouit, viros, qui rem frumentariam in Aegypto coemerant, esse trium litterarum, nec optima notae homines, Gen. XXXIII, 2. 5. Interim tamen nostra permagni interesse videtur, obseruasse, id nominis saepe numero diuinis in litteris per geminam permutationem, quam graeci τροπον adpellant, adeoque per id, quod isdem est aut μετατροπικος, aut μεταφορικος dictum, pronounciari. Ita κατω μετατροπικον pronounciatum designat ipsam potionem, seu vinum, quod illo continetur poculo; veluti vnum illud ex omnibus poculum notari meretur, quod Lucas c. XXII 20, & Paulus 1. Cor. XI, 26. in sacrarum epularum mysterio adsignat, & in quo, secundum Matthaei c. XXVI, 27, 28, & Marci c. XIII, 23, 24, sententiam, sanguis Iesu Christi contentus, beneficium vixi, porrigitur panem ac bibere. *As*, quae veterem ad translationem est, nomen poculi fortunam, mox secundam ac pulchriorem, mox miseriorem ac grauiorem, significat, quam mortalibus immortalis Deus, & rerum cunctarum moderator, ad suum arbitrium, concedere consuevit. Atque haec translata adpellandi ratio, tantum abest, vt ab longinquiore paganorum consuetudine repetatur, vt ab ritu maxime, in veterum ebraeorum conuiuio recepto, desumatur. Et enim apud ipsos ea tulit consuetudo, vt ad mensas non tantum modo sua cuique bibendi rata portio in poculum aliquod, ac capaciorum scyphum infunderetur, sed, quatenus lineas temperantiae transilire animus erat, vnumquemque, nolentem, volentem, oportere quaecumque sibi infusam potionem exhaurire. Cuius rei exemplum satis illustre Dauid est. Hic certe, & magni nominis, & excelsi animi, vir, si quisquam, beneficia, quae diuinitus acceperat, adeo non extenuauit ea, ac dissimulauit, vt verbis etiam auxerit, palamque sit professus, suum sibi כוס poculum exuberans ex carissima dei manu concessum esse Pl. XXIII, 5. Contraque habebimus exemplum gentis iudaicae, quae, vbi calamitates, quae in captiuitate babilonicae erant insignes, ex consilio dei immortalis tulit, dicitur, more diuinorum vatium solenni; ex manu Iehouae כוס חמה & כוס התעלה & כוס poculum irae & poculum, temulentiae persufum, bibisse, atque, vt planius dicam, ab irata numinis manu sic inebriata, vt omni declinandae irae diuinae ratione ac consilio destituta, nec in vertiginem summa, quam desperationem acta, de more bacchabundorum, ex crapula, quam sibi summa cum voluptate per ingentes haultus conciliarat, acerbissimos persenserit dolores, atque ita illecebras luerit in iustissimum numen delinquendi. Quamquam postea idem hoc, quod iudaeorum populus epotauit, כוס התעלה & כוס temulentiae poculum hostibus ipsorum babiloniis & irae diuinae ministris, diuinitus transmissum iri ac propinatum, idem Iesaias vaticinationibus declarauit, in capite LI, 17, 22, 23. Volens reliqua praetermitti,

mitto, propterea, quod tria potissimum eiusdem generis pocula, vnum salutis, alterum consolationis, & tertium perpesionis Iesu Christi, vti praec oculis habeo, sic ex antiquissimo quoque tempore, misis, at saluis aliorum sententiis, delineare paucioribus, atque illustrare studeo. Primum igitur, quod salutis poculum est, a ritu conuiuii ebraeorum antiquorum profus non erat alienum. Apud illos nimirum inualuerat mos, vt, quicumque ex singulari quadam calamitate emerferant, sacra facerent, offerendo prius deo optimo maximo sacrificia, quam conuiuija sacra celebrarent, in iisque propterea, quod incolumes ac salui seruati fuerant, gratiam haberent eodem, vt deberent, maximam, ac poculum praeterea quoddam inter bibendum palmi altitudine a mensa leuarent, eam fortasse ob causam, vt leuationem malorum suorum sese inuenisse cognoscerent, ac postero tempore ab laudabili hac institutione & caerimonia illud salutis laudis poculum nominare nihil subuererentur. Eo, vt nos quidem arbitramur, suauissimus ille inter israelitas psaltes, Dauid, respexit, qui, cum in eo loco, vnde ipsum depellere fortuna conabatur, a mirifica numinis beneuolentia se retentum, optime sentiret, atque in salute, & quae fuit antea, & quae futura est, eadem conferuatum iri, firmiter crederet; tum suas illico esse partes duxit, vt כוס ישועות poculum salutis non vnius aut simplicis, sed variae & multiplicatae attolleret, et, quantas maximas posset, gratias ageret, in laude praepotentis dei perpetua omni studio & cogitatione defixus Pl. CXVI, 13. Alterum vero, quod consolationis poculum audit, eandem tenet consuetudinem, ab ebraeae gentis conuiuii transductam. Maxime enim necessarii & familiares, non nullam in partem doloris allevandi rationem in grauisimo alterius casu, conuentus egerunt, eamque ob causam cibum iuxta ac potum secum sumserunt, vt in eiusmodi conuictus societate luctus quadam ex parte leuaretur, & cuiusdam modi deponeretur dolor. Haec vix ab similibus mihi quidem videtur lobi epulatio, in qua omnes ipsius fratres foro resque, & homines antea prope domestici leguntur apud eum coenati, non inanibus, vt hodie fieri solet, votis & verbis parum profuturis indoluisse, sed, vera consolatione adhibita, leuasse animum eius ad afflictum, atque ad aequitatem extulisse Iob. XXXII, 11. Proinde minus datur nobis dubitationis, quin Ieremias, diuinae mentis interpres, in hunc eoque gentis conuiuialem ritum sic intuitus, quando, grauisimas populo iudaico denuncians calamitates, quemquam negat futuram, qui כוס תרועות multiplex consolationis poculum propinet. Ier. XVI, 7. Nec incommode, ni fallor, hanc in sententiam Salomo, rex sapientissimus, quae sit in animis moestissimis temperati moderatique vini virtus, exponit, cuius vox haec est: concedite & amoeniorem potum fortuna percussis, & vinum animis, quibus res aduersae contigerunt, vt bibant, vt ipsorum inopiae memoriam delibet obliuio perpetua, vt plane ex animis ipsorum effluat recordatio rerum calamitosarum Prou. XXXI, 6, 7. Tertium denique vel propterea, quod Christo Iesu in monte oliuarum fuit adpositum, per excellentiam perpesionis poculum nominare licebit. Ad quem vero ritum hoc pertineat poculum, minus inter antiquitatum studiosos conuenit. Alii enim illud eo pertinere statuunt, vbi veteres iis, qui in quaestionem dati erant, atque ad supplicium publice condemnati, poculum, οινον βασιανιστηριου adpellant, ebibendum porrexe- runt; neque hinc dubitant nobis adfirmare, Christo Iesu vel certe poculum βασιανιστηριου pari modo porrectum esse, quum iam in eo esset, vt omnes sine exemplo cruciatus ferret, miserabilemque & indignissimam mortem sustineret. Alii hoc a supellectile, in conuiuiis priscorum solemniibus vsurpata, mutuantur, vbi per eum, qui & a romanis conuiuii magister, seu modimperator, & a graecis αρχιμυλλης, seu γυμνασιων, & a germanis ein Marischall est adpellatus, suum cuius conuiuae poculum perhibetur distributum; sed tamen vsu tralatitio id significari volunt, ac si seruatori in conuiuii regis magni, seu in die sponsaliorum suorum festo poculum, quibuslibet saporum amarissimorum generibus repletum, per summum caeli terraeque imperato- rem

rem traditur foret. Alii respiciunt ad potiones medicatas, quas, in poculo diffusas, medici olim attulerunt, vim morbi leuaturi, & quarum, ceteroquin in venis diffusarum, tanta vis fuisse fertur, vt corpus hominis aegroti in principio quidem exlinctum crederetur, sed deinde salubritatem suam recuperauerit. Hinc facile coniiciunt, Christum ex manu caelestis patris poculum, cui quasi diuina ira & cruciatus inferni erant infusi, accepisse, atque, hoc hauſto, non esse exspiranti similem visum, sed tam ignominiose diuexatum, tam acerbe, tam cruciatus, exlinctum omnino. Non nulli, quorum cogitationes longe alio spectant, ad typos in scriptura sacra propendent, vel maxime ab illustri illo, & perquam elegante typo, quem agnus quotidie sacrificandus representauit, originem formulae, cuius supra meminimus, petiuri, sed ad quem modum? Fuisse, aiunt, antiquioribus iudaeis in more positum, vt agnus quotidianus, in iuge sacrificium prima luce immolandus, ex poculo, eodemque aureo, (est enim hoc cum aliis LXXXII. valis aureis & argenteis ex conclauis sacrorum instrumentorum depromptum & adlatum.) & aquarum pleno bibere debuerit, ea tamen conditione ac lege, vt poculum istud prius, quam aurora illuxerit, agno eiusmodi porrigeretur ad faces ardentis, quarum ope praefectus templi stationes obit, & vices noctis, vigiliasque sacerdotum ac leuitarum intentione cura seruauit, & dormientium vestes adusit. Ita haec omnia seruatores ad umbratile ostendunt, quandoquidem agnus ille dei, pro delicto generis humani immolandus, poculum non aureum, neque aquarum plenum, sed portione amarissima ad summum usque repletum, accipere, & nihilo minus ex eo, quam ex illo, quem diuinus psalter notat torrente, Pl. CX, 7, bibere coepit, quum proditor Iudas, & cum eo complures de sacerdotum ministris, qui in armis erant, ante auroram exorientem *μετα φωναν και λαμαδαων* ad Christum comprehendendum peruenirent, Io. XVIII, 3. Et quoniam ebriacorum filii non modo res profundas, exempli gratia, fossas; verum maximas etiam calamitates summosque dolores, quos quisquam vix potest eludari, כריסם pocula non in are confisuerunt: *quia certe causae nihil dicant christiani nominis doctores*, quin perpesiones Iesu Christi cum poculo comparentur, eo, quod eadem tam magnae, tamque profundae fuerunt, vt nihil posset vitare. Quae quum ita sint, mirari desino, quam ob rem Deus ac dominus noster, generisque humani redemptor, more humano, tale poculum exhorruerit, a patre caelesti supplex precatus, vt, si fieri posset, illud a se, at non nisi ex ipsius voluntate, praeteriret, atque ita tota haec passio, quantumque foret, quae certe maxima foret, tota haec sua transiret. Mos fuit antiquiuis receptus, vt ex eodem, quo coniuuii praefes, aut pater familias biberat, poculo conuiuius, vel is, qui ad familiam pertinebat, bibere liceret; eoque miramur, vt audimus, etiam nunc plis contingere christianis degustare potionem ex eodem poculo, cuius integram mensuram adeo non gustauit Christus Iesus, vt potius epotauerit, donec haud quidquam reliquum esset eorum, quae prorsus erant omnino expianda. Atque hoc est, quod ex nostratibus alumnis modestissimus & bonae spei adolescens, **GEORGIVS FRIDERICVS SCHULZIVS**, Leucopetrensis, de *poculo passionis christianorum* germanice disserere, ac beati Benedicti Abitschl memoriam renouare constituit. Hinc etiam est, quam ob rem lycæi leucopetrensis ephoras ac patronos, meritis, virtute ac fama grauisimos, ceterosque item litterarum fautores vehementer etiam atque etiam rogamus vt die Veneris mane post horam nonam peroraturum more suo, hoc est, benigne ac beneuole auscultare grauentur. P. P. Leucopetrae ex consuetudine factorum sanctorum Dominica

Lactare, seu, vti mos Quiritium tulit, a. d. X. Kalendas Apriles,

A. R. S. clō dcc xxvii.

LEUCOPETRAE,

Litteris G. A. Legii, Aul. & Aug. Typogr.

78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148



TA-206

617





Q.F.F.F.Q.S.
LYCEI LEVCOPETRENSIS
EPHOROS PARITER
AC PATRONOS

MERITIS VIRTUTE ET FAMA GRAVISSIMOS
CETEROSQUE ITEM LITTERARVM
FAVTORES

VTI

ORATIONEM GERMANICAM


DIE VENERIS MANE POST HORAM NONAM

MORE SVO

HOC EST BENIGNE AC BENEVOLE
AVSCVLTENT

VEHEMENTER ETIAM ATQVE ETIAM ROGAT
RECTOR

IO. HEINRICVS MESSERSCHMID
MANSFELDENSIS.



Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

